

www.e-rara.ch

Conclusiones legales patrociniū pupillorum exprimentes

Burckhardt, Jacob

Basileae, [1618]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-25497>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CONCLVSIONES LE-
GALES
PATROCINIVM PVPILLORVM
EXPRIMENTES,

QVAS
AVXILIANTE DEO TRINO
ET VNO
SVB PRÆSIDIO
CLARISS. ET CONSVLTISSIMI
VIRI
DN. IACOBI BURCKHARDI I. V. D.
ET PROFESS. ORATORIÆ
IN
CELEBERR. RAVRACORVM
ACADEMIA
PVBLICE VENTILANDAS
PROPONIT
HORIS ET LOCO CON-
SVETIS
DANIEL A BVCHWOLDT
HOLSATVS
AD DIEM 14 APRIL. *Martij*
AN. MDCXVIII.



BASILEÆ
PER IOH. IACOBVM GENATHIVM
ACADEM. TYPOGR.



Catalog

*SPLENDORE GENERIS
PERVETUSTI, VIRTUTE HE-
roicâ, literarum cognitione, & multiplici
rerum experienciâ, verè-Nobilis-
simo & Clarissimo
Viro,*

DN. HENRICO à BVCHWOLDT
Hæreditario Domino in Syrhagen/
Mühlentampff & Schierensehe/
&c.

Parenti suo multis nominibus
venerando,

Hasce studiorum primitias,

In
Observantiæ fidem
&
grati animi testimonium,

Dicat & inscribit

RESPONDENS.



DISPUTATIO
DE
TUTELIS.

DICITUR proverbio, Non opus esse suspēsa hedera vino vendibili: & verè dicitur. Etenim actū agere videretur, si quis illud quod per se satis nobilitate & necessitate inclarescit, majori declarare vellet, *arg. l. 1. ff. de in integr. restit.* ut potius sit in illustri hac tutelarum materia statim in rem ipsam pedem intulisse, quàm in decantatione illius præstantiæ longiùs aberrasse.

CONCLUS. I.

A' definitione itaq; rem appositè A) exordimur, quā tutela B) vis est C) & potestas, D) in capite libero, E) ad tuendum eum F) qui per ætatem G) se ipsum defendere nequit. H)

A) l. 1. de l. & l. 1. in pr. de pos. l. 1. & 2. de spons. Wesembec. ad pr. Instit. de l. & l. Clud. ad tit. de Condict. dat. causa, cap. 1. n. 1. & 2.

B) à tuendo sic appellata, §. 2. Inst. de tut. l. 1. §. 1. hic. Namq. cuilibet illud primū esse debet, ut pupillos tueatur & defendat, d. l. 1. §. 1. hic. & l. 30. de adm. tut. ne aliàs in eo peccans non tàm tutoris quàm tollitoris nomen mereatur, Obr. disp. de Patroc. pupill. thes. 15. & Damh. in suo patroc. cap. 1. per tot.

c) non quidem violenta illa & plus quàm juri nostro exosa, de qua l.3. de l. & l. & iis. de vi publ. & priv. sed talis quæ jure munita est, ejusq; efficaciam sapit; Oldendorp. cl. 3. 4. tit. 31. Mynsing. ad §. 2. n. 3. hic. eoq; haud imperitò notantur illi, qui voculam hanc omninò à definitione removere, eidemquæ nomen juris substituere satagunt, tum quòd textuum emendationes peradmodum periculosa esse soleant: tum etiam in proposito nulla evidens necessitas urgeat, cur eam textib. appingere cogamur, Diss. Wesemb. in par. lib. 2. 6. iis. 1. n. 3. Treul. disput. 18. thes. 1. Pult. instit. l. 1. c. 2.

d) Potestatem intelligimus patriæ potestati quidè similem, Wesemb. ad §. 1. hic. in multis autem discrepantem, differentiâ nimirum à fine, effectu & officio tutelæ sumptâ: Tutelæ enim vis & potestas omnis in tuendo personam & bona pupilli consistit: l. qui fundum 7. §. si tutor. pro emptore. l. tutor. 33. de furt. l. tutor. 28. de admin. tut. Patris autem potestas major atq; amplior est: majus enim tuitione jus habet, tam in capite liberorum [in quo olim jus vitæ ac necis habuit, l. in suis. de lib. & posth. & puniendi etiam hodie l. 2. & l. 1. c. de pat. potest.] quàm in bonis: quum illorum fiat Dominus, aut quoad proprietatem, aut quoad usumfructum, Instit. per quas personas nobis acq. l. fin. & l. 1. c. de bon. mat. ut non modò ea ipsa tueri, sed etiam absumere possit.

e) quæ verba alii referunt ad solum tutorem, alii ad pupillum, alii denique ad utrumque: & quidem non incongruè, cum nec alius quàm homo liber tutelæ præesse, §. 1. Institui. qui testam. tut. dari possunt. l. in servili. 7. c. qui dari tut. possunt. nec alius per eandem regi possit, §. 1. Institui. hic. l. 1. in pr. ff. eod. Quamvis per excellentiam quandâ huic magis accommodari possit videantur, quoniam hunc non solum liberum potestate dominicâ, sed etiam sui juris esse oportet. l. 6. §. fin. l. 14. ff. h. iis. Wesemb. Mynsing. Schneidvv. ad §. 1. hic. Donell 3. comm. 1. & 2. Dissent. Treul. disput. 18. thes. 1. Bari. l. 1. ff. eod.

f) Pupilli videlicet personam, cui tutor primario præficitur, secundariò rebus, §. 4. Institui. qui testam. tut. dari possunt. l. 12. 13. 14. 15. ff. de testam. probè Obr. d. disp. thes. 87. cum seqq. Schneidvv. ad d. §. 4. in fin. ut hæc illi à curatore distinctio esse possit, cujus officium primarium in rebus, secundarium in personis subsistere constat, l. 8. c. de nupt. Schneidvv. ad §. 1. Instit. de curat. n. 5. Mynsing. ad d. §. 1. n. 10.

g) Pupillarem scilicet quæ annis ad minimum 14. circumscribitur, in pr. Instit. quibus modis tut. finitur. Schneidvv. ad §. 1. hic. n. 11. ut si pupillus eos compleverit, pubes efficiatur, & curatelæ, etiam in hoc à tutela separata, locus esse incipiat, in pr. Instit. de curat. Schneidvv. ad d. pr. de cur. n. 5.

h) Constat enim inter omnes hujusmodi ætatis consilium fragile & multis captionibus suppositum esse, l. 1. ff. de minor. pupillumq; per pueritiam facile labi & in extremum tam animi quàm corporis exitium malè educatum & non satis defensum incidere posse, ut ita curæ quodammodò publicæ sit ipsi subveniri. l. 2. §. Divus Severus. ff. qui per. tut. vel curat. Obr. d. disput. thes. 1. cum seqq.

II.

Definitionē probè divisio in species excipit, A) quarum tres B) nobis distinctim exhibi-

exhibentur; testamentaria scilicet, c) legitima, d) & tandem dativa: e) quas omnes nō tantū ratione informationis f) sed & originis, juri civili acceptō ferimus. g)

A) Plus enim quā tritum est, definitionibus divisiones proximē surrogari, iisq; miram in illustrandis rebus vim inesse, arg. §. 2. *Instit. de act. §. 2. Instit. de leg. l. 1. de except. dol. mal. Clud. tr. de Condict. indeb. c. 2. n. 2.*

B) quæ aliās ad conciliandam dichotomiam per Interpp. in duas contrahuntur, ut dativa suo ambitu & testamentariam & dativam in specie comprehendat: *Obr. d. disp. th. 17.* exiguo sanè discrimine, si rem ipsam intueamur: per quam etiam ad Justinianæ methodi imitationem trichotomiam retinuisse nihil vetat, arg. iis. *Instit. de ius. cum seqq. Wesemb. par. ad tit. de ius. n. 5. & Interpp. comm.*

C) d. iis. *Instit. de ius. §. permissum. cum seq. & tot. iis. ff. de test. ius.* cui Ulpian. nomen tutelæ honorariæ indidit, cū non tam realis sive actualis administrationis, quā inspectionis gratiā à testatore constituatur. l. 3. §. 1. & 2. de adm. ius. *Obr. d. disp. thes. 24. Donellus comment. lib. 3. c. 12. & Interpp. comm.*

D) tot. iis. *Instit. de legit. agn. ius. cum seqq.*

E) quæ similiter quandoq; honoraria appellatur, eò quòd ab iis qui gerunt honores, magistratu videlicet, constitui soleat, arg. §. *Prætorum. 7. Instit. de jur. Nar. Gens. & Civil. Obr. thes. 28.*

F) quod omnes spontè elargiuntur, *Hot. Herm. Pultej. ad §. 1. Instit. de ius. Donellus 3. comment. in fine.*

G) ceu verius adserunt: *Obr. thes. 36. cum seqq. Tremil. par. 2. dispus. 8. thes. 1. l. 1. e. Hunn. 1. var. resolut. tract. 4. quæst. 3. 1. per text. in l. 1. in pr. de ius. 2. tum quòd deportati illi præesse nequeant, arg. l. fin. §. minores. C. de sentent. pass. 3. ut nec servi eam administrare possunt, §. 1. *Instit. de ius. l. 7. C. qui dant. ius.* nullā aliā ratione quā quòd juris naturalis, non verò civilis, cuius est tutela, capaces constituantur. l. 32. de Reg. iur. Dissent. *Hot. & Pultej. ad d. §. de tutelæ.**

III.

Prodit primū species testamētaria, A) quam pater B) liberis C) impuberibus D) in potestate E) constitutis, testamento F) vel codicillis testamento confirmatis G) præficit, vel purè, vel cum annexa conditione seu die. H)

A) nec quidem immeritò: quamdiu enim illi locus esse potest, tamdiu cæteræ cessant: *Donell. 3. comm. 4. Mynsing. ad §. 3. Instit. de ius. n. 1. S. hneidvv. ibid.*

m.5. arg. Rubr. & eos. iis. de test. iur. cum seqq. pr. In sit. de legit. agn. iur. l. 11. ff. de test. iur. usq; adeo ut si forsan contingat eam ad tempus per appositam conditionem vel absentiam constitui, vel aliud impedimentum temporale suspendi, non tam legitimæ locus sit, quam tutor alius interim substitui debeat, per l. si quis. 11. in princ. de test. iur. §. 1. In sit. de Attil. iur. W esemb. ad §. si furiosus. 2. In sit. qui test. iur. dari possunt. Mynsing. ad d. §. 2. In sit. de Attil. iur.

B) vel etiam avus, nisi nepos post mortem illius in potestatem patris fortassis recidat, d. §. permixtum. In sit. de iur. per text. in d. §. 3. vers. neposibus vero. In sit. de iur. & ibid. Interpp. Treutl. d. disp. 8. thes. 2. l. c. post alleg. ibid. non tamen mater, propter potestatis defectum. §. femina. 3. In sit. de adopt. infra concitus seq. lit. A.

C) cujuscunque sexus & dignitatis, hoc est, tam foeminis quam masculis, l. 1. in pr. de test. iur. d. §. 3. In sit. de iur. tam natis quam posthumis, cum hi habeantur pro jam natis quoties de eorum commodo agitur, ut quod actu pervenire nequeunt, eò juris auxilio pervenisse utiliter fingantur, d. l. 1. §. 1. de test. iur. §. 4. In sit. de iur. ubi Cujac. l. qui in utero. de stat. hom. l. 2. §. 2. de excus. iur. Donell. 3. comm. 4. Obr. thes. 90. cum seqq. & thes. 24. cum seqq. Treutl. d. lit. C. Sanè si pater liberis tutorem dederit, dedisse etiam nepotibus intelligitur, per text. in §. fin. qui test. iur. dari possunt. & ibid. Mynsing. n. 10. non item si solis filiis dedisse proponatur, quorum appellatione nepotes hoc loco nequaquam continentur, per d. §. fin. & ibid. Mynsing. n. 6. cum seqq. Obr. thes. 253. cum seq. ut nec appellatione filiarum filios comprehendere quisquam dixerit, arg. l. si ita. 45. de legat. 2. l. 81. de legat. 3.

D) Non itaque puberibus nisi cum confirmatione, l. 6. ff. de confirm. iur.

E) quo fit ut per se neq; emancipatis, l. 1. §. 2. vers. si autem. de confirm. iur. §. fin. In sit. de iur. neq; filiis naturalibus non legitimis, l. 7. de confirm. iur. l. fin. C. cod. neque extraneis l. 4. de confirm. iur. tutor huiusmodi relinqui possit.

F) scripto vel nuncupativo, utrumque enim nomine testamenti comprehenditur. §. fin. In sit. de testam. ord. juncto d. §. permixtum. de iur. & ior. iis. ff. cod. Obr. thes. 221.

G) l. 3. ff. de testam. iur. habetur enim ac si ipso testamento datus esset, quod secus est, si nudis codicillis citra testamentum tutor relinquatur, arg. l. 2. C. de test. iur. Treutl. d. thes. 2. lit. E.

H) per text. in l. 3. §. 3. de iur. l. 8. §. 2. & 3. de test. iur. ubi Gothofr. §. ad certum. In sit. de iur. ubi Crispin. in not. lit. K. certæ verò rei regulariter dari nequit, text. in §. 4. qui test. iur. dar. poss. ubi Interpp. l. 12. cum seqq. de test. iur. vide Treutl. d. disp. 8. thes. 2. in fine.

IV.

Evenit verò aliquando, ut præmissis non ita exquisitè observatis, iudex imperfectioni illiusmodi succurrat, & confirmatione suâ voluntati auxilietur: puta quoties vel sit datus ab eo qui dare non potuit, A) vel ei sit da-

fit datus cui dari non debuit, B) vel etiam non ad eum modum quo dari decuit, C) idque ipsum vel cum inquisitione, D) vel sine ea, E) exequitur.

A) intelligit patronum, l. 1. §. 3. de confirm. ius. l. 4. eod. Weseimb. par. ad d. tit. de confirm. ius. n. 3. & 4. & quem mater dedit, d. l. 1. §. 2. de confirm. ius. l. 2. eod. ubi Gothofr. nec interest si quis liberos quibus mater tutorem constituit, ab ea heredes institutos prætendat, nihilominus enim cōfirmatione opus esse statuunt Dd. comm. Treutl. d. thes. 2. lit. E. ubi Cujac. ad l. 4. C. de confirm. ius. Obr. thes. 311. cum seqq. Hunn. 1. var. resol. tr. 4. quæst. 7. & ibid. Heig. Pultej. Borch. ad §. permiffum. de ius. per l. 4. de test. ius. junct. l. 69. §. 2. de legat. 2. Dissent. Dd. vulgo. Minius disp. proc. 13 in Coroll.

B) puberi scilicet vel cuius alii in patris potestate non cōstituto, d. l. 1. §. 1. de confirm. ius. l. 6. eod. Wef. par. ibid. n. 2. aliud in exheredato. Hunn in par. tem utramq; 1. var. resol. tr. 4. quæst. 4. Forst. jun. exerc. Iustit. 13. thes. 30. Diss. idem disp. 4. thes. 4. post alleg. ibid. Hosom. 6. observ. 5.

C) forte per verba precaria, d. l. 1. §. 1. de confirm. ius. vel quod solum rebus, non etiam personæ præpositus appareat, arg. l. 1. ff. de ius. l. quia. l. 4. de test. ius. Weseimb. d. loco. Obr. thes. 88. cum seq. & thes. 318. cum seqq.

D) quā præter defectum, cuius gratiā confirmationis explementum accedit, inquiritur, an datus administratio ni idoneus reperiat, ut si talis sit, iudex decretum habilitatis interponat, l. 5. de confirm. ius. eaque inquisitione toties opus est, quoties à matre cæterisque omnino extraneis tutoris constituto derivatur. d. l. 4. de test. ius. l. 2. de confirm. ius. Donell. 3. comm. 5.

E) si scilicet pater tutorem dederit, d. l. §. 2. de confirm. ius. §. 17. Instit. de ius. l. 6. de confirm. ius. Weseimb. parat. eod. n. 2. Obr. thes. 334. cum seq. ubi differentie rationem apponit, & certas personas eximit, arg. l. 7. & d. l. 4. in fin. de confirm. ius. Donell. d. 3. comm. 5. per eos.

V.

In eo iurium Interpretes etiā maximā eruditionis malè conveniunt, & anxie disquirunt, an tutor modo præmissio à iudice confirmatus dativis, A) an verò testamentariis annumerari mereatur? B)

A) quod placuit Obrechtio thes. 329. cum seqq. Treutl. d. th. 2. lit. c. Cujac. parat. C. de confirm. ius. & 7. obs. 7.

B) quod voluere Donell. 7. commens. 5. Forst. jun. exerc. Iustit. disp. 4. th. 6. Gædd. ad l. 130. n. 4. de P. S. quibus calculum ut adiciamus album, satis est. I. quòd regulariter & propriè id solum quod jam aliquo modo existit.

fit, confirmari soleat, *arg. d. l. 2. §. 2. in verb. repleti. de confirm. tut.* II. in proposito testatoris iudicium magistratuū dationi regulariter præferatur, *pr. Inst. de Atit. tut.* III. eod ipso testatoris voluntas ratificetur, *l. i. C. de confirm. tut.* quæ rata citra controversiam testamentariam tutelam producat, *tot. tit. de test. tut.* IV. quodd item confirmatio satisfactio regulariter remittatur: id quod proprium testamentariis reservatur, *l. 23. & fin. ff. de confirm. tut. junct. pr. Inst. de satisfact. tut.* V. & deniq; legatum ei relictum perdat, si datus sese excusare adnitatur, *l. 30. §. f. l. 34. de excus. tut. vide per longum Forst. jun. d. loc. Humm. d. l. quæst. 8.*

V I.

Testamentariam subsequitur species secunda, quæ legitima A) dicitur, quâ lege B) agnatus C) proximus D) ad tutelam vocatur, vel ipsis verbis seu mente, E) vel etiam ad ipsius exemplum interpretatione. F)

A) cum enim testamentaria deficit, proximus ordo legitimam tangit, *pr. Inst. de legit. agn. tut. pr. Inst. de Atit. tut.*

B) nullâ hominis datione interveniente, hoc est, ipso jure, *l. 5. in pr. de leg. tut. l. i. in pr. eod. Treutl. thes. 3. lit. C.*

C) & præter illum patronus, *tot. tit. Inst. de legit. patr. tut.* Cæterum vocantur agnati per virilis sexus cognationem conjuncti, *pr. Inst. de legit. agn. tut. Crispin. in not. ibid. l. 10. §. 2. cum seqq. de grad.* Quibus jure novissimo quoad capeendam hæreditatem peræquæ cognati respondēt, *Novell. 118. c. 4. ideoque fit ut ad instar illorum simul tutelæ participes esse possint. Crispin. in not. ad d. Novell. 118. Donell. 3. comment. 6. arg. d. tit. Inst. de legit. patr. tut. §. 60 enim ipso. l. eo. 73 de Reg. iur.*

D) quem gradu nemo præcedit, *l. proximus. 92. de P. S.* qui si plures ejusdem gradus socios habeat, omnes admittuntur, modo perfectæ ætatis fuerint, nec aliunde inhábiles reddantur, *Donell. d. c. 6. l. si reliquero. 8. cum l. seq. de legit. tut.* vel saltè judex magis idoneos eligat, quibus administratorem committat, *d. Novell. 118. c. 5. Obr. thes. 296. cum seqq.* Quid si quid impedimenti in proximoprehendatur? Si illud perpetuum sit, alii locus erit, *arg. l. pen. ff. de legit. tut. l. i. §. 1. eod.* Sin temporale, alius à magistratu interim substituitur, qui vices proximi agnati ad usque impedimenti cessationem agit, *d. l. i. §. 2. de legit. tut. l. 13. in pr. de tut. & cur. dat. Donell. 3. com. 6.* Illud dubitationem nullam habet jure novissimo ex præsumta singulari affectione matri aviæque indulgeri, ut si velint, proximis etiam agnatis in liberorum tutelari patrocinio præferri possint, modò patris voluntas non adversetur, *d. Novell. 118. c. 5. l. fin. C. quand. mul. off. tut. fung. poss. item Senatus-consulto Vellejano aliisque auxiliis renuncient, nec ad nuptias alias convolent, d. Novell. 118. c. 5. Novell. 94. c. 2. d. l. fin. Treutl. d. disp. 8. thes. 3.* quod si faciunt, tutelam deponent, vel eo neglecto non solum bona propria ipsarum, *d. l. fin. C. quando mul. tut. off. fungi poss. sed & secundi mariti, pro administra-*

nistratore, pignori pupillis tenentur. *Novell. 22. c. 40. Treutl. par. 2. dispus. 1. thes. 4. tit. 1.*

E) Duodecim tabb. l. 2. ff. de leg. ius. pr. Instit. eod. cui hodiè aurea bulla Imp. Carol. IV. quâ scilicet impuberis tutor & Electoralis administrator proximus agnatus esse iubetur, palàm ad stipulatur, quam integro tractatu præter alios novissimè enucleavit Gothofr. d. tr. de Flet. ius. per tot.

F) pater vid. filii emancipati, tot. ius. Instit. de leg. par. ius. vel eo defuncto, cæteri illius filii. tot. ius. de fiduc. ius. vide Treutl. d. thes. 3. in fin.

VII.

Ultimum locū species tertia dativa occupat, A) quæ vel ad petitionem aliorū, B) vel ex officio C) constituitur à magistratu, D) cui illud lege specialiter datum apparet. E)

A) Nam quemadmodum testamentariam sequitur legitima, ita legitimam dativa. l. 9. C. qui dar. ius. poss. pr. Instit. de Attil. ius.

B) vel necessariam, matris scilicet, aliorumque omnium qui spe successionis tenentur, nisi eâ privari malint, l. 1. §. 1. qui pet. ius. l. 6. C. eod. l. 10. de leg. h. hered. l. 8. & 9. C. qui pet. ius. pulchrè & pluribus Donell. 3. comm. 8. per tot. vel spontaneam, affinium, familiarium cæterorumque vid. qui vel ex affectione vel causâ instituendæ litis eò adiguntur. d. l. 2. §. 1. & seqq. qui pet. ius. poss. l. pen. C. eod. pulchrè Obr. d. loc.

C) quoties petitor nullus existit. l. 6. C. qui dar. ius. vel cur. poss. Treutl. d. thes. 4. in fin.

D) in suo territorio, arg. §. 4. de Attil. ius. l. 1. §. fin. de ius. vel cur. dat. Donell. 3. comm. 7.

E) Forst. jun. exercit. Iustin. d. disp. 4. thes. 8. Donell. 3. comm. 7. Coras. 5. Misc. 24. Cujac. ad d. l. 1. de iurisd. & novissimè per longum Hunn. tract. de iurisd. par. 2. q. 2. erroris incusans illos qui tutelæ dationem jurisdictionis vel Imperii esse contendunt. per tot. in l. 6. §. 2. de ius. l. 8. de ius. & cur. dat. junct. l. 1. & fin. de offic. ejus cui est mand. juris d. & tot. ius. de test. ius. Diss. Muscorn. tr. de iurisd. gl. in l. 6. §. 1. de ius. Rob. 2. animadv. 20.

VIII.

Possunt verò tutores dari qui nominatim non prohibentur; prohibentur autem alii naturâ, A) alii lege: eâq; vel absolutè, B) vel certâ tutelæ restrictione adjectâ. C)

A) & quidem ob iudicii defectum quem natura iis denegat vel sus-

B

pendit, I. Infantes, furiosi & qui iis adsimulantur. §. 13. *Instit. de susp. iur. l. fin. C. de legit. iur. Obr. thes. l. 41. cum seqq.* II. Ob ejusdem iudicii imperfectionem, minores 25 annis. d. l. fin. §. furiosus. 2. *Instit. qui testam. iur. dar. post.* III. Ob vitium corporis administrationis inhabilitatem pariens, surdi, muti, cœci, perpetui valetudinarii. l. 1. §. 2. & 3. de iur. l. 3. C. qui iur. dar. post. l. mares. 2. §. his illud. C. quand. mul. iur. off. fung.

b) regulariter, ne sese officiis virilibus immisceant mulieres, l. fin. ff. de iur. l. alienam. 18. C. de procur. matre solâ aviâque exceptâ. d. *Novell. 118. c. 5. & 201. tit. C. quand. mul. iur. off. fung. Donell. 3. comm. 7.* II. Ne pupillus negligatur, personæ incertæ. l. 20. ff. de test. iur. III. Item turpes. l. 17. §. 1. de test. iur. IV. Ne quid probationis sive instrumentorum pupillis detrahatur, eorumdem debitores seu creditores, *Novell. 72. c. 1. 2. & seqq. Treutl. th. 4. lit. c. ubi vide Obr. thes. 185. cum multis seqq.* V. Milites armatæ militiæ, §. idem. 14. *Instit. de excusat. iur. argum. l. milites. C. loc. cond. l. 4. C. qui dar. iur. post.* VI. Ise ipsos ingerentes, l. si re oportet. 21. §. fin. de iur. vel cur. dat. VII. & tandem a testatore dari prohibiti. d. l. 21. §. 2. de iur. vel cur. dat. *Obr. thes. 206.*

c) puta, quâ exteri testamento, non aliis modis tutores dari possunt. l. 32. pr. de test. iur. junct. l. 5. C. qui dar. iur. post. l. 3. de iur. dat. l. 1. in fin. eod. l. 14. eod. probè *Obr. thes. 162. cum seq.* II. Clericis solam legitimam *Novell. 122. vel saltè curam viduarum & miserabilium subire permittitur. c. decrevit. disp. 88. Obr. thes. 212.* III. Item servi solo testamento dari tutores possunt; alieni quidem sub conditione libertatis, §. 1. *Instit. qui test. iur. dar. post.* proprii autem purè, d. §. 1. usque ad eod. ut ea ipsa datione statim directam libertatem consequantur, si sequi licebit *Wesemb. Instit. ad d. §. 1. Hottom. ibid. Donell. 3. comm. 5. Treutl. d. disp. 8. thes. 2. lit. G. Dissent. Cujac. 18. obs. 5. Connan. 2. com. 4. & plures alii quorum argumenta recenset & refellit novissimè Hunn. l. var. resol. tract. 4. quest. 9.*

I X.

Cæterum tutori ita legitimè constituto administratio committitur, A) accedente tamen satisdatione rem pupilli salvam fore, B) præambulo itidem juramento c) & Inventarii confectione. D)

A) iudicis decreto, sine quo tutelæ administrationem suscipere omnino prohibetur *Recess. Imp. de Anno 1548. & 1577. sub tit. Von der Pupillen vnd Minderjährigen Kinder tutorn. §. Das auch ein jeglicher Vormunder. Treutl. d. disp. 8. thes. 5. lit. C. Obr. thes. 357.*

B) quam solis præstari fidejussoribus argumeto est l. non quasi. 4. §. 1. rem pupill. salv. for. l. fin. eod. l. 7. de Præstipul. d. *Recess. Imp. §. Item das er. in verb. Das er rechtmeßige caution vnd versicherung. Treutl. d. loc. & ibid. Gail. 2. obs. 47. Schneidv. ad pr. Instit. de satisd. iur. junct. Donell. 3. comm. 11.* Soli excipiuntur tutores testamento legitimè constituti, vel ex inquisitione dati & confirmati, quippe quibus jure communi satisdatio ista palam remissa proponatur,

natur, propterea quod dantes eorum fidem & probitatē perspectam habere præsumantur, §. 1. *Instit. de satisd. iur. ubi Bandoze. Donell. 3. comm. 11.* nisi tamen celata quædam improbitas postmodum emergat, l. in confirmando. 8. de confirm. iur.

C) quo promittunt se defensionem pupilli absq; dilatione subituros, omniaque quæ sunt in rem illius facturos. *Novell. 72. c. fin. l. fin. §. pen. C. de administr. iur. Treutl. thes. §. lit. D. ubi Mynsing. Wesemb.*

D) per text. in l. 7. de admin. iur. l. 24. C. eod. d. lo. *Recess. Imp. in verb. Daß er von allen Gütern itegend vnd fahrend Schuttbrieff vnd Diegister ein Inveniarium auffrichte.* Nisi fortè aliter pupillo expediat, indidemque testator illius remissionem faciat, l. fin. arbit. iur. vel alia omissionis iusta causa allegari possit. d. l. 7. de admin. iur. de quibus *Obr. thes. 394. cum seqq. Roland. à Valle sr. de invent. confect.*

X.

Excipit decretam administrationē Tutoris officium, quod versatur vel circa pupilli personam, vel bona: A) illum rectè educari curabit, habitatione, B) alimentatatione, C) institutione, D) debitâq; auctoritate E) juvabit: in his quod ad illorum conservationem, F) auctionem, G) vel erogationem H) attinet, nihil intermitteret.

A) *suprà conclus. l. lit. F.*

B) apud matrem, l. 1. C. ubi pupill. educ. deb. vel si ea alii nupserit, eoque suspecta reddatur, alio loco non suspecto qui iudicis arbitrio relinquitur. l. 1. ff. eod. ubi *Wesemb. in par.*

C) quam similiter pro substantiæ seu facultatum modo decernit vel ipse tutor, l. 7. C. de alim. pupill. præst. vel iudex, si ita opus sit. l. 2. §. ubi pupill. educ. l. 3. eod. *Wesemb. par. eod.*

D) corporis & animi, arg. l. 12. §. 3. de adm. iur. *Obr. thes. 445. cum seqq.*

E) necessariâ in omnibus negotiis tam judicialibus, l. 4. C. auct. præst. quàm extrajudicialibus, ex quibus damnum pupillo accedere potest, §. 1. *Instit. de auct. tutor. ubi Wesemb. l. 2. C. de auct. præst. in tantum, ut approbatione expressâ, l. 3. de auct. præst. arg. l. 14. eod. purâ, l. 8. eod. & spontaneâ l. 1. in fin. eod. ipsi negotio statim adesse debeat, per text. in §. iur. 2. Instit. de auct. iur. l. 9. §. 5. ff. eod. l. 25. §. 5. de acq. hered. Wesemb. parat. de auct. iur. n. 5. Schneidvv. ad d. §. 2. Obr. thes. 883.* Diffentiunt *Donell. 3. comm. 13. & 7. comm. 9.* quo simul efficitur, quoties auctoritas huiusmodi formaliter adhibita non sit, pupillum ne quidem naturaliter ex contractu obligari, quousque locupletatus non arguatur, per allegata *Treutl. par. 1. disp. 6. thes. §. lit. B. ubi dissent. var.*

F) diligenti inspectione, exactione, exactiionumque susceptione, arg. l. Lucius. 46. §. fin. de admin. tut. l. fin. C. eod.

G) legitimā collatione pecuniarum, ne, si vitæ pupilli tuendæ ratio exigat, pecuniæ steriles referrentur, verum ita collocentur, ut vel ex usuris vel redditu coemptorum prædiorum quantum possibile est sustentari possint. l. 3. §. 4. ff. de contrar. tut. act. l. 7. §. 11. l. 15. de admin. tut. junct. Novell. 72. c. 6. 7. & 8. Treutl. d. thes. lit. H. Obr. thes. 477. cum mult. seqq.

H) ne quid temerè vel tardè nimis solvat, l. tutor. 13. §. 2. de admin. tut. l. 23. C. eod. vel quid præter necessitatem sumptuum faciat, l. 3. C. de admin. tut. l. 12. §. 3. ff. eod. vel alienet quæ servando servari possint, l. 22. C. de admin. tut. citra vel testatoris defuncti permissum, l. 1. & 2. & tot. tit. C. quando decret. opus non est. vel judicis inquisitionem & decreti interpositionem. d. l. 22. C. de admin. tut. & tot. tit. C. de præd. & aliis reb. min. sine decret. non alien.

XI.

Nec fas est tutelæ constitutæ sive administrationi commissæ sese subducere vel le, A) nisi tutor justam B) recusationis causam prætendat, eamq; intra dies quinquaginta C) alleget, quæ debitè probata, D) vel ex parte, E) vel in totum, F) excusationem parit.

A) est enim quodammodò munus publicum, l. 17. §. 2. & 4. de excus. tut. Schneidvv. ad pr. Inst. de excus. tut. quod etiam inviti subire cogimur. l. 214. de P. S. l. 1. de admin. tut. l. fin. C. eod. Donell. 3. comm. 9. in pr.

B) arg. l. 1. de vacat. mun. ne si quælibet causa immunitatem produceret, nemo non aliquam apprehenderet. Obr. thes. 609.

C) l. 13. §. 1. de excus. tut. l. 18. C. eod. §. 16. Inst. eod. si præsens sit vel intra centesimum lapidem: sin verò absens ultra centum fortè miliaria à die factæ notificationis, singulis viginti miliaribus dies unicus & præterea excusationi triginta indulgentur. d. l. 13. §. 1. plenius Treutl. d. disp. 9. thes. 1. tit. B. Schneidvv. ad §. qui autem de excus. tut.

D) & intra menses quatuor finita, arg. §. fin. Inst. de excus. tut. l. 38. ff. eod.

E) ut si quis in uno loco tutelæ administrationi incumbat, rerum aliarum extra illam provinciam sitarum, tutela ipsi remittatur. l. 19. ff. de excus. tut. Obr. thes. 630.

F) Parit ita liberationem à tutela suscipienda, I. Numerus liberorum, Romæ trium, in Italia quatuor, in provinciis quinque legitimè natorum, pr. Inst. de excus. tut. non naturalium solum, arg. l. 2. C. de ma. et. v. d. coll. non adoptivorum patri adoptivo, d. pr. Inst. hic. non postmodum natorum, l. 2. §. 8. de excus. tut. non mortuorum, nisi pro patria occuberint, d. pr. hic. l. 18. eod. Schneidvv. ad d. pr. II. Munus quo fungitur procurator fisci,

fisci, §. 2. *Instit. de excus. tut.* præfectus annonæ & vigillum, l. 41. §. 1. ff. eod. exactor tributorum, l. 10. C. de excus. tut. mensor frumentorum, l. 26. ff. eod. & quisvis alius, cui Princeps curam injunxit, quamdiu illi præest, d. l. 41. in prin. III. Absentia ex causa Reipublicæ, d. l. 41. §. 2. & §. 3. *Instit. eod. ubi Schneidvv.* etiam à redivo per integrum anni spacium, l. 10. ff. eod. in pr. IV. Potestas magistratus jam competens, §. 4. *Instit. de excus. tut.* l. 17. §. 5. eod. l. 6. §. 16. eod. l. 23. eod. V. Lis vel inimicitia magnæ subortæ inter ipsum defunctū seu pupillū & tutorem, §. 11. & §. 4. *Instit. eod.* l. 21. ff. eod. VI. Onus trium tutelarum non affectatum, l. 3. & §. 5. ff. eod. vel etiam unius maximè negotiosæ & diffusæ, l. 31. §. fin. eod. *Donell.* 3. comm. 9. VII. Extrema paupertas quâ quis ferendo oneri impar efficitur, l. 7. eod. VIII. Aetas septuaginta annorum completa, l. 2. in pr. eod. *Donell.* d. c. 9. IX. Imperitia liberalium artium (non legum, l. 6. §. 12. eod.) professio, quam quis facit de numero præfinito præmissorum, l. 6. §. 1. 2. 3. eod. non segniter, d. l. 6. §. 4. in patria, d. l. 6. §. 9. eod. vel etiam extra eam maximè eruditus, d. l. 6. §. 10. eod. *Schneidvv.* ad §. Item *Romæ.* 15. *Instit. eod.* XI. Adversa valetudo, quæ facit ut nec propriis rebus præesse possit, §. 7. *Instit. de excus. tut.* de quibus omnibus & singulis latius *Schneidvv.* & *Interpp.* vulgò omnes ad d. tit. de excus. tut. *Donell.* d. 3. comm. 9.

XII.

Haftenus de tutelæ cōstitutione, administratione, atq; excusatione: restat quibus modis suscepta finiatur dispiciamus, quod fieri vel casu, A) vel culpâ B) comperimus.

A) quoties citra remotionem ex alia superveniente causa tutela solvitur, I. Morte alterutrius, §. 3. *Instit. quib. mod. tut. fin.* l. 16. §. 1. de tut. II. Conditionis vel diei, ad quem, existentia, l. 14. de tut. l. 8. §. 1. de rest. tut. l. 3. §. 1. de adm. tut. III. Pubertate, pr. *Instit. quib. mod. tut. fin.* IV. Mutatione domicilii ex Principis rescripto, de tutela informati, l. 12. de excus. tut. V. Corruptione morbi fontici, l. 10. in fin. cum seq. de excus. tut. VI. Adoptione in Principis consilium, l. 30. de excus. tut. VII. Maximâ & mediâ capitis diminutione tutoris, vel minimâ pupilli, vel saltèm tutelæ legitimæ, §. 1. & 4. *Instit. quib. mod. tut. fin.* ubi *Interpp.* per longum.

B) remotione scilicet vel accusatione suspecti accedente, tot. tit. de susp. tut. quoties tutor non ex fide officium facit, §. 5. *Instit. de susp. tut.* unde removeri ipsum jura desiderant, utcumq; sese esse solvendo objiciat, d. §. 5. arg. l. f. C. in quib. caus. restit. in integr. non est neceß. vel satisfactionem offerat, §. 12. d. tit. *Instit. de susp. tut.* *Schneidvv.* ibi d. n. 6. ubi malæ suspicionis causas per compendium exponit, dum scilicet vel cum malis & iniquis conversari accipiat ex vulgari isthoc:

Noscitur ex socio qui non cognoscitur ex se;
vel modum expensarum transcendat, d. §. fin. de susp. tut. res vetitas malè alienet, l. 3. §. 13. de susp. tut. vel inventarium nullum conficiat, l. f. C. arbitr.

ut. alimenta pupillo subtrahat, §. 9. *Instit. de susp. tut.* & quæ plura ejusdem generis factò occurrere possunt. *Schneidvv. d. lo. n. 9. cum seqq.*

XIII.

Omnes autem suspecti accusationem instituere, A) omnes item tutores postulari possunt, B) ut tamē patronorum & conjunctorum honori, quantum fieri potest, parcatur, C) dum dolum, D) non verò culpam E) notā infamiæ secum trahere constet.

A) facit enim pupilli favor, ut iudicium ad instar publici in hac re cuius pateat, §. 3. *Instit. de susp. tut. l. 6. C. eod.* modò pubes existat. §. 4. *eod.*

B) sive testamentarios, sive dativos, sive legitimos eos dixeris. §. 2. *Instit. de susp. tut. l. 1. §. 5. ff. eod. l. 4. C. eod.*

C) actione famosâ in factum temperatâ, vel petitione de adjungendo curatore institutâ. §. 2. *de susp. tut. l. 9. ff. eod. Schneidvv. ad d. §. 2. n. 6.*

D) §. 6. *Instit. de susp. tut.*

E) d. §. 6. *l. fin. C. eod. l. 11. §. notatur. de his qui not. inf.* intellige levem, non latam: quippe quæ dolo omninò comprehenditur, adeoq; infamiam in proposito ingerit, *arg. l. 1. §. si verò. de obl. & act. l. quod Nerva. 32. de pos. l. 1. §. 1. si mens. fals. mod. d. l. 1. §. 8. junct. l. 32. de pos. Donell. ad l. 5. de in lit. iur. Duar. ibid. Coraf. 4. Miscell. 2. Treul. d. d. 9. thes. 4. lis. G. Hunn. var. resol. tr. 4. quæst. 25. Dissent. Wesemb. par. de his qui not. infam. n. 4. Gail. 2. obs. 110. Hoc præmissis probè annectimus, coram eodem magistratu de remotione litigari posse, cui dandi tutoris facultas lege tribuitur, *arg. l. 1. §. 3. cum seq. de susp. tut. l. nihil sam naturale. de Reg. iur. Treul. d. d. 9. thes. 3. lis. C. Hunn. d. ir. 4. quæst. 27.**

XIV.

Tandem finitâ tutelâ A) pubes B) tutores C) reddendæ rationis D) convenire potest. in quam dolum, culpam latam E) & levem, F) non item levissimam C) venire Interpp. comm. adserunt.

A) *l. 1. in fin. l. 4. in pr. l. 9. §. 2. de tutel. & rationib. distr. th.* hodiè etiam singulis annis, *per Rectf. Imp. sub d. iur. Von der Pupillen und Minderjährigen Kindern. §. Item daß er nach anbesohiner verwaltung.*

B) ejus

- B) ejus heredes. *Oldend. clafs. 4. act. 31.*
 C) etiam honorarios cæterorum bonis excuffis, l. 3. §. 2. de adm. tut. & si omnes folvendo fint quemlibet pro virili actione. l. 1. §. 10. 11. 12. d. iii. de tut. & rat. diff. *Oldend. d. loc.*
 D) d. l. 1. §. officio. 3. de tut. & rat. distr. §. fin. Inft. de Attil. tut. pulcrè *Trenil. d. diff. 9. thef. 5. lit. B.*
 E) arg. l. 3. §. fin. de fufp. tut. d. §. 6. de fufp. tut. l. 2. C. arb. tut.
 F) arg. l. 10. & 33. de adm. tut. l. quicquid. 7. C. arbit. tut.
 G) per l. 7. C. arbit. tut. l. 5. C. de peric. tut. l. 23. de Reg. lur. junct. l. 1. C. de her. tut. Forft. jun. exerc. lufin. diff. 4. th. 9. *Trenil. d. diff. 9. thef. 4. & 5. lit. C. D. & E.*

X V.

Huic affinis eft illa, quæ ratione præftitæ cautionis rem pupilli falvam fore, A) vel de rationibus diftrahendis, B) vel adverfùs magistratum in fubfidium C) datur, vel denique tutori contra pupillum competit, D) & plures aliæ. E)

A) in tutores ipfos vel fidejuffores in folidum, l. fin. ff. rem pup. falv. fore. ad hoc, ut præftetur, quicquid ex gefta tutela dari oportet. l. ii. rem pup. falv. for. l. 10. eod. *Oldend. d. clafs. 4. act. 34.*

B) in id quod tutor ex bonis pupilli fubduxit, neque in rationem retulit, ut videlicet duplicatum reftituatur, l. 1. §. 20. cum feq. de rat. distr. l. 2. eod. *Oldend. d. 4. act. 36. per tot. Trenil. d. diff. 9. thef. 6. Wefemb. par. de rat. diftrib. ubi vid. n. 6.*

C) idèò quòd non fatis idoneos tutores feu fidejuffores exegerint, quippe, qui jam omnes minus eſſe folvendo reperiantur. tot. tit. de mag. conveniend. ubi *Wefemb. Oldend. d. clafs. act. 37. per tot.*

D) in illud quod ipſi ſumptuum ex legitima tutelæ admiftratione adest, & fi forſan nomine pupilli ſeſe rem' ve ſuam obligaverit aliis, hoc ipſo liberetur, tot. tit. & l. 3. §. contrarium. de contr. tut. act. *Oldend. act. 32. per tot. Trenil. thef. 6. in fin.*

E) de quibus remiffivè tot. tit. de eo qui pro tut. tit. quod falſi tut. ubi *Wefemb. Oldend. d. clafs. act. 33. 35.*





COROLLARIA.

1.

PACTUM obscurum aut ambiguum contra stipulatorem aut paciscentem interpretamur.

2.

Pupillus sine tutoris auctoritate quibusdam casibus obligari potest.

3.

Pater filio studiorum causâ sumptus supeditare tenetur, in tantum, ut si quas filius vivente patre illorû causâ utiles impensas fecerit seu debitum contraxerit, illud postmodum ex cõmuni hereditate sit solvendum.

4.

Abigentes partum ordinariæ legis Corneliæ de sicariis pœna subjici possunt.

5.

Remissiones reorum ad locum delicti hodiè urbanitatis magis quàm necessitatis sunt.

F I N I S.